



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manuale Parochorum, De Plerisque Functionibus, &
Obligationibus, ad Parochias, Parochos & Parochianos
attinentibus**

Engel, Ludwig

Salisburgi

Præf. De Sacramentis in Genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40922

(175)



P A R S III.

De Administratione Sacramen- torum per Parochum facienda.

S U M M A R I A.

1. *Quid sit Sacmentum?*
2. *Sacmenta alia mortuorum, alia vivorum.*
3. *Differentia inter Sacmenta veteris & nova legis.*
4. *Minister Sacmentorum deber esse in statu gratiae.*
5. *Debet habere intentionem, excepto matrimonio.*
6. *Communi errore pro legitimo Parocho habitus
valide consert Sacmenta.*
7. *Etiam censuratus non denuntiatus.*
8. *Quæ Sacmenta permittantur tempore inter-
dicti.*

In ea Sacmentorum administratio- 1
nem omitto ea, quæ DD. Theologi
æ institutione, materia & forma,
speculativè & prolixius exponunt,
illa solummodo breviter notaturus, quæ ad pra-
cticam Sacmentorum administrationem per-
tinere censemur.

Præliminariter tamen & breviter sciendam 2
1. *Sacmentum esse visibile signum gratiæ
invisibilis ad populum Dei sanctificandum divi-
nitùs institutum. Visibile signum suæ gratiæ
insti-*

instituit Deus, quia anima adhuc corpori con-
juncta dona ejus nisi ex rebus sensibili bus intel-
ligere haud potest, ait D. Chrysost. hom. 83. in
Math.

3 *Sciendum II.* Aliqua Sacra menta per se insis-
tuta esse ad conferendam primam gratiam ut Ba-
ptismus & Pœnitentia, quæ propterea *Sacra-
menta mortuorum* dicuntur, quod animas quasi
spiritualiter mortuas in vitam & gratiam Dei re-
stituant, & alia conferre gratiam secundam sive
justitiae augmentum instituta pro justificatis, ut
magis justificantur, quæ inde *Sacra menta vivo-
rum* nuncupantur. Qualia sunt Confirmatio,
Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo & Matrimo-
nium.

Sciendum III. Sacra menta novæ legis non
tantum significare, sed etiam ex se ipsis sive ex
opere operato conferre gratiam, nisi suscipiens
per indispositionem suam ponat obicem: per
quod differunt à Sacra mentis veteris Testamen-
ti v. g. Circumcisione, quæ ex se non operabat
gratiam, sed significabat solum per passio-
nem Christi dandam, eaque per fidem ipsius
circumcisio adeoque ex opere operantis dabatur.

5 *Sciendum IV.* Ministrum Sacra mentorum
ob eorum reverentiam debere esse in statu gra-
tiae, & scienter sine confessione vel saltē (de-
ficiente Confessario) sine contritione mini-
strantem Sacra menta in statu peccati mortaliter
peccare. arg. cap. ult. de cohab. Cler. &
mul. DD. communiter cum D. Thom. q. 64. a. 6.

Scienc.

Sciendum V. Ministrium debere sāltem habere virtutalem intentionem administrandi Sacramentum, dicitur *virtualis*, quæ ex actuali prius concepta adhuc perdurat v. gr. si accedens intentione baptizandi vel sacrificandi in verborum sacerorum prolatione distractus sit &c. in Sacramento verò Matrimonij Parochus non est minister sed ipsi contrahentes, ideoque ibi Parochi intentio non requiritur, ut inferius dicetur.

Sciendum VI. Parochum etiam non legitimum, v. g. clam irregularē, vel ipso jure privatum beneficio validè administrare Sacramenta si communī populi errore & persuasione pro legitimo Parocho habeatur ob communem enim hominum errorē, qui non debent in rem gravi decipi, lex supplet jurisdictionem. L. barbarius ff. de officio Pratoris L. 2. C. de sent. Et interloc. c. infamis. vers. veruntamen. 3. q. 7. cùm igitur acta ob communem errorē valeant & à lege sustineantur, sequitur detecto impedimento reformatanda, aut confessiones v. g. iterandas non esse. Innoc. Joan. And. Et Panorm. in cap. tundim. § 4. de elect. Navar. in cap. placuit. de pœnit. dist. 6. n. 179. Barb. de Paroch. p. 2. cap. 17. n. 28. dummodo tamē inabilitas non proveniat ex jure divino vel naturali v. g. si singens se Clericum & Parochum nunquam ordinatus in præsbyterum fuisse. Abb. in c. 2. de Presbyt. non baptiz. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 22. videatur etiam Joan. Sanch. in sel. disp.

MAN. PAROCH.

M

44a

44. n. 3. Pont. de Matrim. lib. 3. cap. 22. n. 46.
ubi contra plures alios docent, solum errorem
publicum absque titulo per superiorum collato
sufficere.

7 *Sciendum VII.* Parochum censurâ excommunicationis, suspensionis vel interdicti ab ipso jure latâ innodatum, qui non sit notorius percussor Clerici, aut ab Episcopo dententiatus posse hodie post Concilium Constantiense & Extrav Martini. V. ad evitanda scandala, ante absolutionem (præmissa tamen contritione) fidelibus Sacraenta administrare, si ab his fuerit requisitus, neque aliis adsit, qui æquè utiliter administret, vid. *Suar. de censur. disp. II. sedl. 4. n. 10. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 9. n. 7.*

8 *Sciendum VIII.* Tempore interdicti, regula riter usum Sacramentorum esse prohibitum. c. quod in te de pœnit. c. si sententia. &c. ult. de sent. excom. in 6. excipitur tamen Baptismus & Confirmatio c. responso. x. de sent. excom. c. quoniam Eod in 6. Pœnitentia, dummodo petens non sit excommunicatus aut in culpa aliqua, ob quam latum est interdictum. c. alma mater. vers. quia verò. de sent. excom. in 6. Eucharistia, sed nonnisi in mortis articulo. c. permittimus de sent. excom. & probabiliter etiam in 4. anni festivitatibus scil. Nativitatis Domini, Paschæ, Pentecostes & Assumptionis B. M. Virg. (quisbus etiam Martinus V. addidit festum Corp. Christi) ubi generaliter suspenditur interdictum, & permittitur divinorum participatio d. c. alma

alma mater. Matrimonium denique, præser-
tim abesse solenni benedictione valde probabi-
liter tempore interdicti admitti potest, quia illa
principaliter Sacraenta prohibentur, quæ ab
Ecclesia dispensantur, Matrimonium vero con-
trahentes sibi ministrant. Panorm. in c. non est
vobis de sponsal. n. 8. Sylv. v. interdictum. 5. n. 9.
videatur etiam Cov. in relectione d. c. alma mater
Et alij passim de Censuris.

CAPUT I. De Baptismo.

SUMMARIA.

1. Infans debet baptizari, quamprimum commode potest.
2. Minister Baptismi non solennis est omnis homo ratione præditus, dummodo habeat intentionem facienti, quod facit Ecclesia, solennis autem Baptismi ministri sunt Episcopi & Sacerdotes quandoque etiam Diaconi.
3. Præsente digniore non debet baptizare inferior.
4. Circa Sacraenta extra casum necessitatis semper tenenda est sententia probabilior.
5. In casu necessitatis probabiliter licet baptizant uti materia dubia.
6. Item ablucere partem baptizandi non principale.
7. Quando dubium occurrit de Baptismo legitimè collato debet repeti sub conditione.
8. In necessitate à Laico baptizatus non debet baptizari, nisi rationabile dubium subsit de valore Baptismi.

M 2 9. Non